



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXXII. De Vastatione terrae Sambiae & aedificatione Castri VVilavv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

ANIMADVERSIONES.

- (a) Arx Regiomontana videtur fuisse condita eo in loco, ubi nunc Hortus est Serenissimi Electoris, ut putat Casp. Hennebergerus in *Chron. pag. 168.* probatque id ex fossis illis præaltis, quæ adhuc reperiuntur. Colligi idem potest ex Dusburgii nostri *cap. CI.*
- (b) Quando illa translatio contigerit, non liquet, nisi quod suspicari liceat, in Apostasia secunda fuisse à Sambitis priorem Arcem aut planè destructam, aut saltem oppugnatam, hinc Fratres commodiorem locum arci quærere coacti sunt.

CAP. LXXII.

De

Vastatione terræ Sambicæ & ædificatione Castri V Vilavv.

Eodem anno, quo Kuningsberg fuit ædificatum, Nadrovvita, Scalovvita & Sudovvita gentes vicinæ indignatæ ex hoc, quod Sambita se fidei & fratribus subdidissent, timebant enim, quod ipsi per eos deberent etiam fidei subjugari, sicut rei eventus postea comprobavit. Undè congregatâ magna exercitus sui potentiâ, terram Sambicæ rapinâ & incendio transiverunt, captis hominibus pluribus & occisis, & dum recederent, placuit eis, ut castrum Wilovv ædificarent, ne improvisus & facilis aditus in terram Nadrovvite pateret à modo fratribus & Sambitis. Undè ædificato castro prædicto relictisque ibi Tirskone & filio suo Maydelo cum multis armigeris, ad propria sunt reversi. Sed ecce mira DEI providentia in sui dispositione non fallitur: Ordinavit quod ea quæ Nadrovvita sibi fecerant in præsidium, postea fuerunt eis facta in magnum laqueum & ruinam. Tetigerat enim DEUS dictorum Tirskonis Capitanei dicti castri & vi-

rorum

*Poppo de Ostera VI. Magister Gener. Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Prov. in Prussia.*

rorum, qui cum eo fuerunt, ut relicta Idololatria, se ad Christi fidem converterent & fratres, & facti sunt, strenui pugiles fidei Christiana.

CAP. LXXIII.

De

*Bello contra Terram de Wohensdorph
& oppugnatione castri Capostete.*

ET quia idem Tirsko plenam habuit notitiam viae ad terras vicinas. Idcirco Commendator de Kunigsberg cum exercitu Sambitarum, dicto Tirskone Ducto. *Anno Domini MCCLVI. Principes Almannia duos, scilicet Alphonsum Regem Castelle & Richardum Comitem Cornubie fratrem Regis Anglia, in discordia elegerunt in Regem Romanorum quae discordia multo tempore duravit.* intravit terram Wohensdorph improvisè, & applicatis scalis ad mœnia, ordinatisque modo debito quae ad impugnationem sunt necessaria castrum Capostete violenter expugnavit, & in cinerem redegit, captisque & occisis in dicto castro & territorio ipsius pluribus hominibus totoque territorio rapinâ & incendio devastato recessit.

CAP. LXXIV.

De

Expugnatione aliorum castrorum, & Subjectione terra VVohensdorph.

SEQUENTI anno idem (a) Commendator de Kunigsberg validum exercitum iterum congregavit, & ad dictam terram Wohensdorph est profectus, castraque metati sunt in obsidione
oira
castri